

Tertio. Modus loquendi S. Pauli indicat, se loqui de prædeterminatione ad perseverantiam usque in finem, cui conjuncta est prædeterminatio ad gloriam. Ita S. August. lib. de Divo Petro, cap. 7. ubi postquam dicit: *Deus ergo deus perseverantiam, statim subdit: ipsa est prædeterminatio sanctorum, quos elegit in Christo ante constitutionem mundi, ut essent sancti &c.* &c. c. 9. ubi loquens de duobus filiis, qui huic dicitur perseverantia usque in finem, illi non dicitur: dicit: *illud fidelibus debet esse certissimum, hinc esse ex prædeterminatione, illum non esse.* Et addidit testimonio I. Joan. 2. v. 19. *Nam si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum, aut: Quid est quæso, non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum? Nunc utriusque a Deo creati, utriusque ex Adam nati, utriusque de terra facti erant?...* Nunc utriusque utriusque vocati fuerunt, & vocantem secuti, utriusque ex impiis justificati, & per lavacrum regenerationis utriusque renovati? *Per hæc hæc: secundum hæc vocata ex nobis erant: verumtamen secundum aliam quandam dispositionem non erant ex nobis; nam si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum.* Quæ est tandem illa dispositio? *Deus lib. Dei: non accedimus apostolum. Clara Scriptura divina, adhibetur audientiam. Non erant ex eis; quia non erant secundum propositum vocati: non erant in Christo electi ante constitutionem mundi: non erant in eo factum consecrati: non erant prædeterminati secundum propositum ejus, qui universa operatur. Nam si hoc essent, ex illis essent, & cum illis sine dubitatione mansissent. En quomodo S. Augustinus ad prædeterminationem necum ad gratiam, sed ad perseverantiam, & ad gloriam refert præfata Pauli verba.*

S. V.

Gratua Prædeterminatio ex Paulo ad Rom. 9.
 XXI. **C**larissimum pro gratuita prædeterminatione argumentum exhibet S. Paulus ad Rom. 9. ubi proponens exemplum Prædeterminati, & Reprobri in Jacob, & Esau ait: *v. 11. Cum enim nondum nati fuissent, nec aliquid boni egissent, aut mali (ut secundum electionem propositum Dei maneret) non ex operibus sed ex vocante dictum est ei: (id est Rebecca) quia major servus minor, sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Ex quibus sic arguo. Ita se habet Dei dilectio erga Jacob, hujus enim dilectio figura prædeterminationis est; sed Dei erga Jacob dilectio non est ex operibus, etiam peccatis, sed ex gratuito Dei proposito, ergo nec hominis lapsi prædeterminatio est ex operibus prævisis, sed ex gratuito Dei proposito.*

Verum quia huic doctrine velut nimium asperè poterat quis opponere, Si Deus elegit Jacob, & odio habuit Esau, antequam aliquid boni, aut mali egissent, ergo in Deo locum habebit iniquitas, id est acceptio Personarum, dicens v. 14. *Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deum? Sane si Paulo persuasum fuisset, Deum dilexisse Jacob, & odiosum habuisse Esau, eo quod illius futura bona opera, illius autem mala præcivisset; hic locus erat, ut ad ea confugeret: Cum hæc responsio sponte se offerat ei, cui ratum est, electionem illam, & discriminationem esse ex prævisis meritis, sive nature viribus, sive gratia veritatis auxilio comparandis. At ad hunc evasivonem Paulus non recurrit, immo in proposito divine voluntatis persistens, a v. 14. *Abit (inquit) Moysi enim dicitis: misericordia, sed operibus, & misericordiam præstata, & signis misericordiam. Inde opera aperte excluduntur quæcumque, concludit v. 16. *igitur nec voluntatis, neque operibus, sed misericordiam est Dei: & statim posito exemplo Pharaonis, quem excitavit, ut offenderet potentiam suam, inde infert v. 18. *Ergo volens vult, misericordiam, & quem vult indurat.****

Porro, cum validiorum sibi objectionem fecisset, nempe, si Deus ad hominis opera in sui dilectione, vel odio non respicit, sed ejus vult miseretur, quem vult indurat, iniuste ergo conquiratur de hominibus, qui in mala perditionis cum Esau, & Pharaone relictis, ejus sola voluntate indurati bona non agunt; Voluntati enim ejus nemo resistit: *Dicit itaque mihi v. 19. *Quid adhuc queritur? Voluntati enim ejus quis resistit? Huic forti argumento respondit Molinæ Discipulus, Deum juste conquiri, quia non mera voluntate, sed ex prævio sui gratia vult prævio hominem indurare dicitur, ac tunc præ alio rejicere. At Paulus non ita. Immo acriter reprehendens sic arguente v. 20. *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? suam doctrinam fortiori similitudine confirmat, comparans Deum, & hominem figmento sic, ut quemadmodum nihil erat in lotu potens movere figulum ad faciendum vas in honorem potius, quam in contumeliam, neque vas factum in contumeliam potest dicere figulo, quare me fecisti sic? Ita nec homo potest sic dicere Deo: *Namquid (ait v. 20. &c.) dicit figmentum ei, qui se facit: quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus lutum, ex eodem mollium? quod vult vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Ne autem quæretur, Deum esse crudeliter, quasi vasa id est homines ad interitum absque ullo demerito damnare: concludit, dilectionem quidem prædeterminatorum exemplo dilectionis Jacob fuisse ex misericordia, sed odium reproborum figuratum in odio Esau fuisse ex justitia, dicens a v. 22. *Quod si Deus volens ostendat iram, & nocam facere poterat sumum, sustinuit, in multa patientia vasa iræ, opera in interitum, ne ostenderet divitiis gloria sua in vasa misericordiam, que preparavit in gloriam. Quæ est vocavit &c. Ubi notandum, Apostolum, dum loquitur de vasa iræ, non dixisse, que preparavit in interitum: sed opera in interitum, quia peccatum sive originale, sive æquale, quo homo apertur in interitum, ex ipso homine est, qui corruptione nature, seu voluntatis prave sibi accessit interitum. Dum vero*****

loquitur de vasa misericordiam, non dicit preparavit in gloriam: sed quæ preparavit in gloriam. Si autem ex prævisione bonorum operum istos elegisset, sicut ex prævisione malorum reprobos illos, debuisset eodem modo de utrisque loqui.

Observationem hanc ex D. Thoma desumptam in c. 9. ad Roman. lect. 4. ubi ait: *Ufus malorum, ad quem utitur eis Deus, est ira, id est pena, & idem vocat eis vasa iræ. ... Atque vero, quem Deus erga eos exercet, non est quod disponat eos ad malum, quia ipsi de se habent dispositionem ad malum ex corruptione primi peccati: unde dicit: Vasa iræ in interitum id est, habentia appetitum ad avaritiam damnationem. ... Hoc autem solum Deus circa eos agit, quod eis permittit agere, quæ cunctis peccantibus. Unde signanter dicit sublimis: *Unde dicitur in multa patientia. Loquens vero S. Doct. de vasa misericordiam sic ait: *Nominat autem bene vasa misericordiam, quia utitur eis Deus, quasi instrumentis ad suam misericordiam manifestandam. Dicit etiam ad idem, quem circa eos Deus exercet. Nunc autem Deus eos solum sustinet, quasi de se apertis existens: ad bonum, sed eos preparat, & disponit, vocando ad gloriam. Unde dicit: *Quæ preparavit in gloriam. Est autem (advertit S. Doct.) contra hanc doctrinam, & suspensio usque hinc, ut sit sensus: Si Deus volens hoc facere, quibusdam miseretur, & quosdam indurat, quid contra hoc justè poterit dici? Quæ dicit: *Nihil. Non enim sic quis vult indurare ut eos peccare compellat, sed sustinet eos, ne secundum suam inclinationem tendant in malum.*****

S. VI.

Involuntaria prædeterminatio, & rejectio.

XXII. **H**oc adeo aperto testimonio valde contorquentur Adversarii, ac multis viis evadere, ejusque vim conantur declinare. Primo ergo respondent aliqui, verba illa: *major servus minor, non intelligi de Personis singularibus, Jacob, & Esau, sed de duobus Populis, Israeliticis ex Jacob, & Idumæo ex Esau. Illa vero, Jacob dilexi, Esau autem odio habui, non intelligi de Prædeterminatione, aut reprobatione in ordine ad bona spiritualia æternæ vitæ, sed in ordine ad hæreditatem, & bona temporalia vitæ præsentis. Cum enim Gen. 27. v. 23. Rebecca Deum confuleret, cum parvulis, quos gerabat in utero, pugnantem inter se, hoc accepit responsum: *Deus gentes tuas in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo dilexerunt, populusque populum superavit, & major servus minoris. Et Malchias 1. v. 2. & 3. cum Deus dixisset dilecti Jacob, Esau autem odio habui, explicans, quo sensu illum dixerit, & hunc odio habuerit, subdit: *Populi vocati es. (Esau) vita silitudinem, & hereditatem ejus in arceam deferri. Ergo, ex illo Apostoli textu male colligitur gratuita prædeterminatio, alias Esau in numero reproborum esset ponendus, quem tamen salvum non patet sentiri.***

XXIII. Resp. non sunt disputata de loco Genes. 1. aut Malchias, sed de verbis illis, ut a Paulo assumptis. Quamvis enim Scriptura veritas ad litteram loquitur de duobus populis, & de bonis temporalibus, Paulus tamen ad Romanos scribens, modum, quo se gessit: Deus erga Esau, & Jacob, ac duos illos populos circa bona temporalia, assumit, ad ostendendum modum, quo Deus se gerit erga homines in bonis spiritualibus, & in ordine ad vitam æternam; per Esau intellegendus reprobus, per Jacob, electus, per terram autem promissionis, vitam æternam. Ad primum sicut se gessit Deus erga Jacob, & Esau, eorumque posteror, unum bonis temporalibus gratias, & nullis operibus etiam prævisis, donando alteri vultus largiri, quibus voluit denegans absque ulla meritorum prævisione, & hoc præter Esau, quamvis non excludit ab hæreditate æternæ, quæ tamen exclusus ab hæreditate temporalis, alimti potuit, ut figura reproborum. Videatur S. Augustinus, qui tota fere Epist. 194. alias tot. ad Sixtum hunc locum de prædeterminatione, & reprobis intelligit.

Neque dicitis, si textus iste de prædeterminati, & reprobis usurpandus est, cum dicitur, Deum ante ulla bona merita dilexisse Jacob, & ante ulla mala merita odio habuisse Esau, jam sequitur, quod sicut Deus gratias, & ante prævisis merita prædeterminavit Jacob, & prædeterminavit electos, ita ante prævisis demerita reprobat Esau, & reprobat præfatos; ad reprobatum autem prævisis demerita non fit, cum sit actus justitiæ, ergo &c.

XXIV. Nam respondeo, solum loqui, quod reprobat Esau facta fuerit ante prævisis demerita personalia, non vero ante prævisum demeritum originale: quare Apostolus dicit antequam quidquam boni egissent, aut mali: quibus ostenditur, unum fuisse dilectum, & electum, & alterum odio habitum, ante operum, quæ ipsi facturi essent, & prout personalium, prævisionem: non tamen ante prævisionem demeriti originalis, cui natura utriusque obnoxia erat. Immo ex hoc ostendit Paulus, Deum virtutem, ac potentiam suam manifestare, quod ex eadem massa damnata misericorditer extrahit unum, ut sit vas in honorem, julle in eadem alterum relinquendo, ideoque sit, ut mereatur, vas in contumeliam.

Ita S. Augustinus Epist. 194. citata ad Sixtum, ubi instruens ipsum contra Pelagianorum argumenta cap. 2. sic ait: *Sed in hoc loco, hunc libentem, illum ponit. Respondet: Nemo ergo justum esse utriusque pariter: Quis hoc negaverit? Atque ergo gratias Saluatori, dum nobis non reddidit certum, quod in damnatione similibus nobis debitum fuisse cognoscimus. Et inferius: quia universa ista massa merito damnata est contumeliam debitam reddidit justitia, honorem dæ indebita gratia, non meriti prærogativa. ... sed altitudine divitiarum sapientia, & scientia Dei.*

Dni. Et S. Fulgentius lib. 1. de veritate prædicitat. & gratia. *Ad uno, (inquit) merita sunt damnationis inventa, aliter vero merita glorificationis gratia sunt justificationis collata. Illa unde displicent, in se habuit: ipsa autem, unde Dominus placet, & ad ipsi, qui esset placiturus, accepti. In omnibus igitur, qui gehennam traduntur incendio, invenit iusta severitas, quod pariter coram malis in quibusdam originaliter tractum, in quibusdam etiam vitiis propria voluntatis adjectum. Esau ergo primo Deus rejectit ante prævisum vitium propriæ voluntatis, etiam non ante prævisum vitium origine contractum.*

XXV. Respondent secundo. Dato, quod ibi agatur de Prædeterminatione ad bona spiritualia, non agi tamen de prædeterminatione completa, nempe ad gloriam, sed de incompleta solum, nempe ad fidem, & ad gratiam. Ex quo sequitur, gratuitam quidem esse prædeterminationem ad gratiam, sed non ad gloriam.

Sed contra primo. Paulus de illa prædeterminatione loquitur, in qua discreti fuerunt Jacob, & Esau, quorum unus adducitur ut figura electorum, alter ut figura reproborum: ergo loquitur de prædeterminatione suppone electionem ad gloriam, & non ad gratiam, utriusque communem. Unde S. Augustinus, q. 254. ad Eram, ad illa verba: *Miseretur, qui miseretur, quæ ibi (inquit) plane expressit ostendit vocationem, quæ non vocat in suum regnum, & gloriam: non pro meritis nostris, sed pro misericordia sua.*

Secundo. Prædeterminatus, de quibus loquitur, vocat Paulus vasa honoris, quæ Deus preparavit in gloriam: Reprobos autem vocat vasa iræ apta in interitum. Qui autem fuit vasa honoris, quæ Deus preparavit in gloriam, nisi prædeterminatum ad finem, sed ad finaliter perseverandum, & prout ad gloriam? Quid sint vasa iræ apta in interitum, nisi finaliter reprobat? Alias fit vocatio ad fidem sufficere ad constituendum vas honoris; Judas, qui fuit electus, & vocatus ad Apostolatam, inter vasa honoris esse reponendus.

Tertio. Vasa misericordiam, & honoris in hoc differunt a vasis iræ, & in contumeliam, quod in illis Deus manifestat divitiis suæ gloriæ, id est abundantiam suæ misericordiam, in illis vero thesaurum iræ id est abundantiam suæ Justitiæ: atqui hoc discrimen non potest subsistere, si discernatur vasa misericordiam, aut iræ per respectum ad solam gratiam: etenim plures sunt, quibus datur gratia ad tempus, quibusque denegatur in æternum, in quibus incomparabiliter magis manet iræ, & Justitia, quam misericordia: & plures e contrariam misericordiam Dei: non ergo sufficit, & sola misericordia Dei si non sit etiam voluntas hominis: ut per hoc, si recte dictum est. Non volentis hominis, sed misericordiam, quæ id voluntas hominis sola non implet; cur non & contrario, recte dicitur: non misericordiam est Dei, sed volentis est hominis, ut Apostolo aperte contradicit, restat, ut propterea recte dictum intelligatur: non volentis, neque currentis, sed misericordiam est Dei, ut totum Deo datur, qui hominis voluntatem bonam, & preparat adjuvandam, & adjuvat preparatam.

XXVI. Respondent alii tertio, Apostolum ibi excludere opera præsentia. Ait enim: *cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali: non autem opera futura ab ipso Deo prævisia.*

Sed hæc responsum dant etiam Pelagiani, & Semipelagiani. Hanc refellit S. Augustinus, cujus verba audiamus Epist. olim. 105. nunc 194. ad Sixtum cap. 8. *Mirum est autem (inquit) cum his coartantur angustias, in quanta se abrupte precipites mœnentem vasa voracitas. Ideo inquam, nondum natorum alium oderat, alium diligebat, quia eorum futura opera prævidebat. Quis istum acutissimum sensum deussisse Apostolo non miratur? Hoc quippe ille non vidit, quando sibi velut adversariæ objecta questionis, non id potius tam breve, tam aperitum, tam (sicut isti putant) verum, absolutissimique responsum. Cum enim rem hanc prævisisset, quomodo de nondum natis, nec aliquid egentibus boni, aut mali recte aliquid poterit, quod unum Deum dixerit, alium odio habuerit, sibi obijerit aquilæ motum exprimit auditoris? Quid ergo dicemus, inquit, nunquid iniquitas apud Deum? Abit. Hic ergo eras lectus, ut dicitur quod illi sentient. Futura enim Deus opera prævidebat, quando majori minore servitutum esse dicebat. Non autem hoc Apostolus dicit: sed potius ne quisquam de suorum operum meritis audeat gloriarum, ad Dei, gratiam, & gloriam commendandum voluit velle quod dicit.*

Idem asserit lib. 2. contra duas Epist. Pelagian. c. 7. ubi alio exemplo Jacob, & Esau postquam dixit, quod Deus non ab alio factus, quod eligat invenit, sed quod inveniat ipse fecit: sicut de Reliquis Israel Scriptum est, Roman. 11. v. 5. *Reliqua per electionem gratia solum facti sunt. Si autem gratia, jam non ex operibus, aliquibus gratia jam non est gratia. Inde conversus ad Pelagianos. Propter quod, inquit, profecto despiciat, qui, dicente veritate non ex operibus, sed ex vocante dicitur, vos dicitis: ex futuris operibus: quæ Deus illum facturum esse præsebat, Jacob fuisse dilectum, atque ita contradicitur Apostolo dicenti: non ex operibus, quasi non possit dicitur: non ex prævisionibus, sed futuris operibus. Sed ait, non operibus, ut gratiam commendaret. ... Præcedit namque non debita, sed gratuita gratia, ut per illam fiat bona opera &c. Hoc etiam fuisse pertractat in Ezechirilo c. 98. ubi ait: *Qua in ore si futura opera vel bona vel mala illius, quæ Deus utriusque præsebat, velle intelligi, nequaquam dicitur, non ex operibus: sed dicitur ex futuris operibus: eoque modo istam solvitur questionem, immo nullam, quam sibi ipse aperit, faceret quæstionem.**

XXVII. Hinc adeo clare Adversarii dicunt, Apostolum, & Augustinum excludere quidem opera tum præsentia, tum futura, & prævisia ex viribus nature faciendi, ut volebant Pelagiani, & ex parte Semipelagianis, non vero opera prævisia, ut futura ex gratia auxilio.

Sed contra est. Vel hoc auxilium gratiæ, ex quo opera bona prævideantur futura, est ex se indifferens & humano arbitrio

quasi submissum, ab eodem determinacionem expectans, itant intantum sit efficax, inquantum homo pro sua libertate bene utitur; vel est ex se efficax. Hoc secundum non dicitur Contrarij, alius nobiscum sentirent. Primum vero dici queat. Primo: quia rediret argumentum, quod D. August. Laudatus urget, nempe quod quæsitio Apostoli de electione Jacob, & rejectione Esau facile solveretur: immo nulla esset quæsitio, ac multo minus esset ratio exclamandi, & admirandi. Statim enim responderetur: ille est electus cum Jacob, quia prævisus fuit gratia sibi datæ consenturus; ille est rejectus cum Esau, quia prævisus fuit eidem gratia non consenturus. Neque esset ad rem exemplum adductum a Paulo de figulo respectu vasis. Nec posset dicere non ex operibus, sed ex vocante, immo potius, non ex vocante, sed ex operibus faciendis per gratiam. Hinc S. Fulgentius lib. 1. de Verit. Præfator. ait: *Ex operibus enim sine dubio Apostolus dixisset, si futurorum saltem ibi humanorum operum bona merita cognovisset. Sed quoniam in utroque sola damnationis iuste merita scilicet, electionis causam sibi prævisis divina bonitatis attribuit. Quæritur ex duobus istis fratribus, ... sola quem voluit a massa damnationis misericordiam divina divertere: cui pariter dicitur est gratiorum prædeterminationem munerem, non futurorum præsentium meritorum. Videatur ultimus S. Fulgentius loco citato, ubi fuisse prosequitur, ad solam Dei misericordiam referens electionem unius, & ad justum Dei Judicium reprobandum alterius.*

Contra secundo. Ex data responso intellecta de auxilio indifferenti sequitur, quod homo facit seipsum vas misericordiam, seipsum discernit a vasis iræ, & opus prædeterminationis non est opus Dei misericordiam, sed hominis voluntatis, atque currentis. Nam discretio unius præ alio non petitur ab eo, quod est commune utrique, sed ab eo, quod unum convenit, & non alteri. Cumque gratia, de se indifferens, sit utriusque communis, vasa misericordiam non discernuntur a vasis iræ per gratiam indifferenter misericordiam concedam utrique, sed per propriam libertatem, qua unus eam reddit efficacem, ac se facit vas misericordiam, alter vero eam effecacem non reddit, & se facit vas iræ; atque similitudo figuli inepta foret.

XXVIII. Sed præstat iterum audire Augustinum in Enchiridion cap. 32. *Si propterea dictum est: non volentis, neque currentis, sed misericordiam est Dei, quia ex utroque sit, & voluntate hominis, & misericordiam Dei, ut se dictum accipiamus. Non volentis, neque currentis, sed misericordiam est Dei; tamquam dicitur: non sufficit sola voluntas hominis, si non sit etiam misericordiam Dei: Non ergo sufficit, & sola misericordiam Dei si non sit etiam voluntas hominis: ut per hoc, si recte dictum est. Non volentis hominis, sed misericordiam, quæ id voluntas hominis sola non implet; cur non & contrario, recte dicitur: non misericordiam est Dei, sed volentis est hominis, ut Apostolo aperte contradicit, restat, ut propterea recte dictum intelligatur: non volentis, neque currentis, sed misericordiam est Dei, ut totum Deo datur, qui hominis voluntatem bonam, & preparat adjuvandam, & adjuvat preparatam.*

XXIX. Idem fere verbis loquitur fidelis S. Augustini Discipulus S. Thomas in cap. 9. ad Rom. lect. 3. ubi postquam dixit, salutem, secundum aliquos, partim esse ex misericordiam Dei, partim ex hominis arbitrio: & ita ab illis explicari hæc verba non volentis &c. sed misericordiam est Dei. Subjicit: *sed hoc solum in hoc verbo intellexit Apostolus: cum etiam gratia sine libero arbitrio hominis non velle, neque curvat; permissit e converso dicitur non est misericordiam Dei, sed volentis, & currentis, quod aures pia non ferunt. Unde plus aliquid ex his verbis intelligendum est, ut scilicet principalis gratia Dei arbitrio. Semper enim alio magis acerbiorum principali agens, quam secundario, puta si dicamus: quod securus non fuit arctum, sed arctus, per securum: Voluntas autem hominis movetur a Deo ad bonum, unde supra cap. 8. v. 14. dictum est. Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei: si ideo hominis operatio interior non est hominis principaliter, sed Deo attribuitur. Philipp. 2. v. 13. Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate.*

Prævidens autem adversariorum instantiam, nempe, quod si hoc esset, tolleretur humana libertas; prosequitur sic: *Sed si non est volentis velle, neque currentis currere, sed Dei movetur ad hoc hominem, videtur quod homo non sit Dominus sui actus, quod pertinet ad liberam arbitrii. Ecce instantiam familiarem. Cui respondet: Et ideo dicitur quod Deus omnia movet, sed diversimode, in quantum scilicet unumquodque movetur ab eo secundum modum nature sue: & sic homo movetur a Deo ad volendum, & currendum per modum libera voluntatis: Sic ergo velle, & currere est hominis de libero: non autem est hominis, ut principialiter movetur, sed Dei.*

S. VII.

Prædeterminatio gratuita ex Patribus.

XXX. **Q**uemadmodum Patres, qui ante Arianam hæresim floruerunt, pauca de Billi consubstantialitate locuti sunt: ita qui Pelagium Prædeterminationis, & Gratia hostem apertum præcesserunt, non admodum solliciti fuerunt de Prædeterminationis, & Gratia veritate investiganda. Tunc salum cepit fervere de hære rigorosum criterium, cum Pelagus, ut liberum extolleret arbitrium, de gratia, & divina Prædeterminatione male loqui ausus fuit. Tunc, inquam, cepit inquiri & apparere, quænam esset hæc de re Catholica sententia. Ut enim docet S. Augusti-

facturorum praescientia moriturorum. Sic enim secundum electionem electorum manifesti, ut proposuit Dei gratia fore electio. Ex quibus colligo, mentem Fulgentii esse. Deum prius a malis perditionis gratis erigere, deinde hinc electionem secuti gratulorum praedestinationem munerum; nempe, gratia, & reatorum. Post multa autem transiens ad exemplum duorum parvulorum: *Ubi autem* (inquit) *duorum parvulorum equalis est causa, non utique differre merita pronuntiaris disparia. Nulla igitur est causa diversitas in infantibus, quae faciat unum eligi, alterum reprobari. Si vero parentum confideretur voluntas, illi qui Christiani sunt, ut eorum filii baptizarentur solliciti voluerunt, infancissime curaverunt; quorum tamen filius antequam baptizaretur, morte praeventus, aeternis est ignibus deputatus. Ille vero qui de infidelibus natus est, contra voluntatem parentum perditus ad gratiam baptismi, factus est heres Dei, & coheres Christi. Quid in his praevideit Dominus futurum, ut uni nihil conferri posset charitatis parentalis, & alteri multum crudelitatis prodesse hostilitatis? (Quae scilicet violentia aut furto puerum a parentibus infidelibus eripuit) Quis istam profunditatem mysteriorum Dei penetrare valet? Quis non tamen hic, & misericordiam gratuae bonitatis, & iustitiam divinae severitatis agnoscat?*

XXXVII. Patribus adjungo S. Thomam, qui passim docet, Praedestinationem ad gloriam non supponere praevisionem meritorum. Tum q. 6. de verit. art. 2. ubi quaerit an praescientia meritorum sit causa Praedestinationis, & respondet negative. Tum in 3. contra Gentiles, ultimum. Tum in c. 9. ad Romanos, lect. 2. & 3. & in cap. 1. ad Ephesios, lect. 4. Maxime tamen hac q. 23. sam art. 3. quam 5. cuius ratione probabilium nostrum alterum q. Adi possent Doctores scholastici, Scotus, & Scotistarum plurimi quin ex Societate Celeberrima, Academiae, quae nostram sententiam amplectuntur: quae omnia videnda relinquo apud Sylviu in 1. part. quae. 23. art. 5. Sed iam ad rationem accedamus.

S. VIII

Rationes pro Praedestinatione gratuita.

XXXVIII. Probatur primo a paritate superius & saepe allata de parvulis. Eodem enim modo discurrendum est de Praedestinatione adultorum, siue eorum, qui ad aetatem adultam sunt perducendi, ac de praedestinatione parvulorum, qui ante aetatem adultam sunt mortui: sed hi praedestinantur unice ex gratuita Dei voluntate, non autem ex praevisis meritis, quae comparantur si ad adultam aetatem pervenissent, ut volebant Semipelagiani, & superius cum Augustino improbamus: ergo &c. Major patet ex Augustino, Prospero, & Hilario, hoc exemplo Semipelagianis urgentibus; qui necientes invenire discrimen, dicebant etiam parvulos praedestinari ex praevisione operum, quae fecissent, si ad adultam aetatem pervenissent.

XXXIX. Respondet Fraffen parat. 2. disputat. 3. art. 2. sect. 2. q. 2. de Praedest. Aliquis parvulus rapti statim post baptismum, alios paulo ante susceptionem baptismi, etiam adhibita omni diligentia, ut procuraretur eis baptismus, non provenire ex electione ad gloriam, aut reprobatione, quae omnem futurorum praevisionem antecedit: fed accidere posse, vel propter negligentiam, aut malitiam parentum, vel propter rerum ordinem, quia nimirum parvulus ille naturaliter erat mortuus: quem rerum ordinem Deus invertere non tenetur; sicut nec tenetur impedire, quin monstrata nascantur, vel quin sequatur mors illius adulti, qui statim post mortale peccatum incidit in amentiam, aut lethargum, vel apoplexiam. Quod si aliquid hunc naturalem cursum immutat, hoc est ob praevisione piorum, & maxime parentum pecces.

XL. Contra sic. Igitur nihil mirabile videt Fraffen in hoc, quod ex duobus pueris statim mortuis, unus ad baptismum rapiatur, alter non, etiam adhibita omni diligentia, & quod natus ex fidelibus summo opere procurantibus, ut baptizetur, moriatur ante baptismum; natus autem ex infidelibus, furto aut violentia rapiatur, baptizetur, & statim moriatur. In his nullum signum, seu effectum praedestinationis unius, & reprobationis alterius, fed purum naturae cursum, quem Deus noluisset impedire, agnoscat Fraffen. At non ita sententia Augustini, Prosperi, Fulgentii relati, ne diem Paulus ipse, qui in similibus casibus inscrutabilia iudicia Dei volentis unum liberare, alterum in damnatione communi relinquere veneratur, & admiratur; ut superius ostendimus.

XLI. Rursus. Nec propter negligentiam, aut malitiam, nec propter rerum ordinem contingere quod unus moriatur sine baptismo, sicut neque ex parentum merito, ac precibus, quod alter parvulus baptizetur, ostendit S. Augustinus lib. 2. contra duas Epist. Pelagianorum cap. 6. ubi cum Pelagiani tribuerent merito parentum, quod filius baptizaretur ante mortem, & fato (nimirum naturali cursu rerum) sic petente, alter non baptizaretur, sic contra eos dicitur. Dicite ergo nobis: qui sublimis bonum, quibus meritis accepimus? Si dixeritis, hoc est parentum pietate meruisse: Respondebitur nobis: cur aliquando nonnunquam unus de religiosi oris proles in tenera aetate, ac quae ab usura recentissima praevenerit morte, antequam lavacro regenerationis abluatur, & infans natus ex inimicis Christi, misericordia Christianorum baptizatur in Christo, plangit baptizata mater non baptizatum propinquum; & ab impudica captivum obstruendum casu factum colligit alienum. Ille certe merita parentum vacans.... Quae istius causa huic parvulo baptismum procuravit, huic arguit? An ipse factum habuit, quia mori-

um non habuit? an in his est acceptio a Domino personarum? Nam utrumque dicitur, prius factum, acceptio personarum personarum etc.

XLII. Praeterea. Cur Deus in aliquibus permittit cursum naturae peragi, in aliis non: cur duobus statim mortuis, secundum naturalem cursum, uno adeli qui eum baptizet, est ex parentibus impis nato, alteri deest, qui vivens parentis sui hoc optaret; non ad illa certe causa a vero Christiano adduci poterit, nisi quia illum non ad salutem providentia speciali ordinaverat, ipsum vero non. Quare D. Augustinus lib. 4. contra Julianum, c. 8. qui dicebat Deum velle omnes homines filios fieri, fed ideo non venire, quia ipsi nolunt, sic arguit: Si Deus voluisset omnes salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire, sed ideo non venire, quia ipsi nolunt, sic arguit: Si Deus voluisset omnes baptizatos fieri, non cessaret in regnum Dei, ubi certa est agnicio veritatis? Numquid autem homines non sunt, qui non possunt necesse ad id, quod dicitur est, omnes homines: aut aliquis potest dicere, Deus quidem vult, sed infidelium? & post multa concludit: Novit Dominus, qui sunt ejus, & in eorum salute, atque in suam regnum introductionem certa est voluntas ejus. Ex voluntate ergo Dei aliquos salvandi, vel non salvandi ostendit, quod parvulorum aliqui baptizentur, aliqui non. Cumque idem, quod de parvulis, Augustinus dicat de adultis immo parvulos trahat in exemplum, sequitur, quod, sicut parvulorum praedestinatio abeulla praevisione meritorum, fed unice a Dei voluntate est, sic & praedestinatio adultorum.

Hinc citato lib. & capite sic Augustinus prosequitur: Ubi scilicet dicitur: Cur ergo non convertitis omnium nolentium voluntates? Respondet: cur non omnes morituros ad aetatem regenerationis infantes, quorum adhuc nullas, & ideo nec contrarias inveniri voluntates? Sed hoc profundius esse perspicit, quam ut ab eis valeat inveni: utrumque utrumque nostrum profundum sit, cur & in majoribus, & in minoribus Deus velle alteri & nolite alteri salvos fieri, dum tamen eorum & immobiles tenentur, non esse iniquitatem apud Deum, qui quemquam sine malis meritis damnat, & esse bonitatem apud Deum, qui multos sine bonis meritis liberos: demonstrat, in eis quos damnat, quid omnibus debeatur, ut hinc distant, quos liberos, qui sibi parandebat relaxatur, & quae iudicia gratiae condantur.

XLIII. Ex his secundam rationem conficito. Deus multos minus malos, si bona naturalia, & moralia spectemus, quales inter Ethnicos fuerunt plurimi, in sui infidelitate reliquit, ac reprobovit: peiores autem quosdam, blasphemos, & perfectiores (inter quos Saulus) & alios multos criminibus obnoxios, elegit; ergo electio est sine meritis. Hoc utitur argumento S. August. lib. 1. de peccat. merit. & remiss. cap. 20. ubi similibus enarratis casibus concludit: Quid hic respondendum, omnino non video, qui volentes humanis consensibus iustitiam Dei defendere, & ignorantes aliquid gratiae, subalibi improbabiles tenentur: Hac etiam pertinet, quod ait idem August. de praedest. ss. c. 14. ubi quaerens, cur Deus Iustum, quem praevideit casurum si diutius viveret, morte percutit huius vite praecipit: quae autem hic tenentur alium Iustum, quem praevideat casurum, & quem praevideat cadentem hinc posse, respondet: Iustitiam merito, sed infensibilis sunt iudicia ejus. Et Epist. 127. ult. cap. ad Sixtum: Cur (inquit) illum peris, quam illum liberos, serventur qui peccati iudiciorum ejus tam magnam profundam, veritatemque cavere praecipimus. Si autem hoc ex praevisione bonorum, vel malorum contingeret, saltem in ratione huius ratio reddi posset.

XLIV. Confirmatur hoc. Praevide Deus, quod si misisset Ezechielem ad populum ignora lingue, ille credidisset; Ezech. 3. v. 5. 6. Non enim ad populum profandi sermone, & ignota lingua tu miseris etc. Et ad illos miseris, ipsi audierunt te, & tamen ad istos non misit Ezechielem, fed ad Damos Israe!, quas praevideat non credituras. Unde subdit v. 7. Damos autem Israe!, nolunt audire te, quia nolunt audire me. Rursus. Praevideit Deus, quod si Christus predicasset, & fecisset signa in Tyro, & Sidone, quae fecit apud Iudaeos, in cinere & cilicio poenitentiam egissent. Matth. 11. v. 21. & tamen Christum ad Tyrios, & Sidoneos non misit, fed ad Iudaeos, quos praevideat, etiam audito Christo, & visis prodigiis, non fore creditorios. Ergo in electione ad gloriam, & salutem non movetur Deus a meritis, etiam sub conditione praevisis.

XLV. Respondebitur forte, praevisis meritis sub conditione futuris, adhuc liberum Deo ponere, vel non ponere conditionem, & sic praedestinare, vel reprobare eum, quem bene visum? Optime quidem. Sed qui ergo iuvat praedestinationem illa praevisionem meritorum? ergo praedestinatio sine electio efficaci ad gloriam ex Dei mera voluntate est, & proinde gratuita.

Quare sic discurro. Ponamus duos, quos Deus praevideat bene utrosus sua gratia, & in ea perseveraturos si in talibus, vel talibus circumstantiis ponatur, & consequenter salutem aeternam consequenturos. Peto: tenetur ne Deus ponere, vel saltem infallibiliter ponere utrumque in illis circumstantiis, quas praevideit illis fore propitias? si affirmet, quod non credo, contra illos clamant exempla adducta. Et praeterea, non a voluntate Dei, fed hominis est discretio; homo efficaci causa suae praedestinationis, non Deus, ac possit iuste inflari, & gloriar, si suo honore uti gratie vitam aeternam per alio consecutum fuisse, ac Deum sibi fuisse debitorum. Si negant, & dicunt, posse Deum, adhuc statim praevisione boni usui in labore, nemo diceret, laborem esse sine effectu, regnum autem esse medium. Gloria autem regnum in Sacris Litteris praedestinari, vel in eis unum ponere, & non alterum, & sic unum praedestinare, alterum reprobari, ergo praedestinare, aut non praedestinare unice pndet ex divina voluntate, cui placuit erga unum facere misericordiam, & non

erga alterum; ergo discretio praedestinatio a non praedestinatio, in quo praedestinatio consistit, quae certissime liberatur quicumque liberatur, necus gratuita est; ergo velint, nolint adversarii, etiam posita sua praevisione meritorum, fateri debent praedestinationem esse gratuitam.

XLVI. Tertio probatur. Quicquid est gratis in praedestinatione est effectus praedestinationis eius, comprehenditur enim sub praedestinatione tamquam sub causa; ideo enim Deus praedestinatio dat gratiam, quia ipsum dilexit ad gloriam. Nam ut docet D. Thomas hac q. 23. art. 4. Voluntas Dei qua vult bonum alicui diligendo est causa, quod illud bonum ab eo pro alio habetur. Ergo & quicquid est gratis erit effectus praedestinationis; sed merita, & bonus usus gratiae, & ea quae per gratiam fiunt, sunt a gratia, ut effectus ejus non enim distinguitur id, quod est a gratia, & id quod est a libero arbitrio, sicut nec id, quod est a causa secunda distinctum est ab eo, quod est a causa prima: quia nec illud agit nisi virtute gratiae, nec illa prioritate, nisi virtute causae primae; ergo nec bonus usus gratiae, & consequenter nec merita possunt praevideri ante praedestinationem, & esse ratio, cur homo a Deo praedestinetur.

Hae ratione utitur S. Thomas hac q. 23. art. 5. ubi ait: *favens alii, qui dixerunt... quod ideo Deus dat gratiam alicui, & praedestinavit se daturum, quia praevideit, eum bene usurum gratiam, sicut si Rex det alicui militem equum, quem scit, se bene usurum. Quam opinionem rejicit ratione allata. Quam etiam refert & rejicit in cap. 8. ad Rom. lect. 6. hi verbis: *Dicitur quidam, quod praescientia meritorum bonorum, & malorum est ratio praedestinationis, & reprobationis, ut scilicet intelligatur, quod Deus praedestinavit alicui, quia praevideit eum bene usurum, & in Christum creditur, & secundum hoc littera sic legitur: Quos praevideit conformes fieri imaginis Filii sui, hos praedestinavit. Et hoc quidem rationabiliter dicitur. Si praedestinatio respiceret tantum vitam aeternam, qua datur merito: sed sub praedestinatione cadit omne beneficium salutaria, quod est homini ab aeterna divinitus preparatum. Unde eadem ratione omnia beneficia, quae vobis conferuntur ex tempore, preparavit ab aeterno. Unde ponere, quod aliquod meritum ex parte nostra praesupponatur, contra praescientiam sic ratio praedestinationis, nihil est aliud, quam gratiam ponere dare ex merito nobis... Unde conveniens sic ordinatur littera: Quos praevideit, hos & praedestinavit fieri conformes imaginis Filii sui. Ut ista conformitas non sit ratio praedestinationis, sed terminus, vel effectus.**

XLVII. Quarto. Probatur ratione communi, qui est Div. Thomae 1. p. q. 25. art. 5. alisque in locis, & Scoti in 1. dist. 41. num. 11. Qui ordinate vult, prius vult finem, quam media, fed gloria est finis, & merita vult media ad illam: ergo Deus qui ordinate vult, prius vult gloriam, quam merita, & consequenter antequam illa praevideat ut futura, quia non videt ea futura, nisi ex vult. Maj. prob. quia finis volutus est causa ut eligatur media, sicut principia cognita sunt causa, cur cognoscatur conclusio; Unde Medicus ex voluntate sanandi infernum movetur ad ei propinanda remedia, & infirmus ex amore sanitatis movetur ad sumendum remedium sibi a Medico propinatum. Minorem excepto Adversarii admittunt, uno Gregorio a Sebencio excepto Carmel. in suo libello Nova concordia praedestinationis cum libertate humana inter libros prophetias amandato, qui asserit: gloriam esse quidem finem respectu hominis, qui propter gloriam acquiritur in premium ponit merita, non tamen esse finem respectu Dei, qui potius quia vult in illis bona opera, proponit eis gloriam ut premium. Sicut respectu Operariorum in Vineis finis quidem est denarius, propter quem ut mercedem in Vineis operantur, sed non respectu Domini Vineae, qui potius pro fine habet culturam vineae, & propter hanc proponit Operariis denarium.

Sed adversus hanc singularem & contrariam omnium Doctorum mentis expositionem clamant etiam Scripturae, in quibus vita aeterna proponitur tamquam finis, ob quem Deus hominem creavit, creatum redemit, ob quem ipsum vocat, justificat. Divus Paulus Rom. 5. ubi exponit finem, ob quem Christus mortuus est v. 21. ait: *ut sciamus regnum peccatorum in morte, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam aeternam.* Ibid. cap. 8. ostendit, Deum homines praedestinasse, ut eos vocaret, vocasse, ut justificaret, justificasse, ut glorificaret v. 30. *Quos autem praedestinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & justificavit, quos autem justificavit, illos & glorificavit:* quibus finem Dei proximum quidem in toto ordine praedestinationis fuisse hominis glorificationem aperte ostendit, ultimum vero fuisse bonitatis ostensionem. Unde ibid. cap. 9. v. 23. *Ut ostenderet* (inquit) *divitias gloriae suae in vasa misericordiae, quae praeparavit in gloriam.* Non ergo Deus elegit gloriam dare ut medium, & bona opera ut finem; sed ob bona opera hominem praedestinavit, ut per ea illam ad gloriam perduceret. Nec fe habet gloria respectu Dei ut denarius respectu Domini Vineae, fed potius ut collectio fructuum ex cultura proveniens, quamvis sine labore non exerceatur, nec labor sine mercede. Sic Gloria quamvis non reddenda sine meritis, & nisi ut premium meritorum, non fuit tamen primo volunta ut premium, fed ut ex glorificatione hominum per merita implenda [divitias] fuisse bonitatis ostendit; sicut qui eligere aliquem ad regnum, quamvis illud non esset obtinendum nisi labore, nemo diceret, laborem esse sine effectu, regnum autem esse medium. Gloria autem regnum in Sacris Litteris praedestinari, vel in eis unum ponere, & non alterum, & sic unum praedestinare, alterum reprobari, ergo praedestinare, aut non praedestinare unice pndet ex divina voluntate, cui placuit erga unum facere misericordiam, & non

XLVIII. Haec rationi varie respondent Adversarii. Primo dicunt, eam nihil probare: nempe quod cum Deus semper ordinate velit, ut nihil inordinate possit velle, non possit

nec de potentia absoluta velle prius merita, quam gloriam, quod est absurdum. Ita Fraffen.

Respondet, quod cum voluntas efficaci mediorum efficacium ad finem essentialiter pendat a voluntate finis, sicut cognitio conclusionis, ut talis a cognitione principiorum, sicut non potest nec a Deo esse cognitio conclusio ut talis, nisi ex principio cognito; ita nec medium efficaci efficaciter potest esse volitum a Deo, ut medium, nisi ex fine iam volito. Cum ergo hoc modo velit gratiam & merita iis, quos praedestinavit, & quibus efficaciter vult gloriam; ideo sic vult merita propter gloriam volitam, ut aliter non possit ea velle.

XLIX. Respondent secundo, satis esse, ut voluntas efficaci mediorum supponat voluntatem inefficacem finis. Quare bene potuit Deus ante praevisionem meritorum velle inefficaciter dare gloriam, deinde alia voluntate dependenter a meritis praevius velle efficaciter eam dare.

Sed contra. Cum electio mediorum debeat procedere ab intentione finis; sicut ab intentione efficaci non potest procedere electio inefficax, ita ab intentione inefficaci electio efficaci. Addo, quod cum electio in praedestis fit sicut conclusio in speculabilibus, sicut non potest esse major certitudo in assensu conclusionis, quam in assensu principiorum; ita nec potest esse major efficacia in electione mediorum, quam in intentione finis.

L. Dicunt propterea alii tertio, majorem illam esse veram de eo, qui vult absolute media, non autem de eo, qui vult absolute solum conditionate. Sic autem Deus vult idem, perseverantiam &c. nimirum conditionate; si creatura velit gratia suae cooperari.

Sed contra. Haec responsio locum non habet in parvulis, qui paulo post baptismum moriuntur: in his enim locum non habet praevitio, aut volitio mediorum sub conditione coope-rationis; ergo sicut parvulis vultur Deus prius gloriam; & ex tali voluntate elegit eorum mortem statim post baptismum. Sed ut superius ostendimus ex Augustino, Prospero, & Fulgentio, eodem modo discurrendum est in negotio praedestinationis de adultis, ac de parvulis; ergo &c.

Secundo illa media, ut a Deo volita, vel sunt absolute efficacia, vel efficaciam habent a cooperatione creaturae. Si primum; ergo supponunt voluntatem efficacem dandi gloriam, & ab ea proveniunt. Si vero secundum; videtur totaliter destitui praedestinatio, & incidi in sententiam Semipelagianorum, ac Deum imprudentem facere, seu ignorantem. Prima pars prob. Ratio enim praedestinationis secundum Augustinum est, quod sit preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberatur quicumque liberantur; & proinde mediorum absolute efficacium. Pro secunda parte prob. nam sequitur, quod, si ut volita a Deo non sint efficacia, media ut efficaciam ad affectionem gloriae non sint dona Dei, quod erat Semipelagianorum error. Hinc frustra orando peteremus a Deo media ad salutem nostram, si quatenus efficacia sunt, ab ipso non veniunt, fed a nobis. Cur (inquit S. Augustinus lib. de dono persever. cap. 2.) *perfructuaria ista possunt a Deo, si non datur a Deo? An & ista iustitiam peritio est, cum illa ab eo petitur, quod scitur non ipsum dare, sed ipse non dante, esse in hominis potestate sicut iustitia est etiam illa alicui gratia, si ex hoc gratia agitur Deo, quod non donavit ipse, ne scitis?* Tertia quoque pars probatur. Nam Deus illa media efficaciam, quae ipse efficaciam non fecit, vel fecit esse efficaciam, vel non fecit. Si non; ergo fuit ignorans; si fecit, & eorum efficaciam non intendit; ergo praeter ejus intentionem efficaciam sunt. Ubi est ergo Dei Providentia?

LI. Dicunt quarto, Maj. esse veram de mediis physicis, fecus de mediis solum moralibus, quia sunt merita. Haec enim cum habeant movere praemiantem ad volendum efficaciter finem, nempe premium, debent esse prius cognita, & volita, quam sit volitus finis, ac premium.

Sed contra. Medium five physicum sit, five morale, si ametur ut medium, amari debet ex amore finis prius amati; nam etiam concio, siue monitio medium morale est ad conversionem hominis, & tamen non postum ego eligere concionem, aut monitionem, ut medium ad conversionem hominis, nisi ex desiderio conversionis istius.

Dices (& est quinta & principalis responsio) quod hoc verum est de electione mediis moralis absoluta, non autem de electione conditionate: Cum enim conversio Petri sit ponenda, non a me, fed a Petro, qui potest eam, adhuc stante concione, vel monitione ponere, vel non ponere, ideo nec exco, ac frustratio modo procedam, deo pro non ponere, ita postea concione, vel monitione ponere, deo pro ponenda a Deo, fed ab homine adjuo per gratiam, & homo possit gratis consentire, vel non consentire, fed consensum, & velle medium a priori ad obtinendum consensum, deinde viso consensu ea eligere. Ad hoc autem sufficit, quod praecesserit voluntas inefficax, & conditionata finis; sicut enim ordinate ageret Rex, qui statueret nobilitare singulos milites in sine belli, si singuli bene se gererent; audito autem, quod solum mille bene se gessissent, hos solos velle nobilitare neglectis aliis. Ita ordinatissime agit Deus volendo dare gloriam omnibus, si omnes bene vivant, & omnibus eligendo dare gratiam; videns autem aliquos bene utrosus, alios non, illos absolute ligat, istos rejicit.

LII. Contra primo. Nam hoc est facere Deum quasi Regem terrenum. Hoc est dare gloriam propria praedestinationis homi-